Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek





uiculos earum que sunt in cam
pestribus dimon quoque et damoth
baal et oppidum baalmaon et sesa
et cethmoth et mephee et caruti
chaim et sabama et sarathasar.
in monte conuallis bephearum
et asseroth. fasga et bethaisimoth
omnes urbes campestres uniuersa
que regna seon regis amorrei. qui
regnauit in esebon quem percussit
moyses cum principibus madian
eueum regem et sur et hur et rabee
duces seon habitatores terre et bala
am filium reon ariolum occiderunt
filii israel gladio cum ceteris interfectis
factusque est terminus filiorum ru
ben iordanis fluuius. Hec est pos
sessio rubenitarum per cognationes
suas urbium et uiculorum. dedit
que moyses tribui gad et filius
eius per cognationes suas poss
essionem. cuius est hec diuisio
terminus iazer et omnes ciui
tates galaad ad dimidiam partem
terre filiorum amon usque ad uer
que est contra iabba et abesebon
usque in mothphasphe. et bathaim
et manain usque ad terminos da
bir. In ualle quoque bathaim et be
neura et sochoth et saphon reliquam
partem regni seon regis esebon hi
quoque iordanis finis est usque ad
extremam partem maris cenereth
transiordanem ad orientalem pla
gam. hec est possessio filiorum fi
liorum gad per familias suas. ciui
tates et uille earum dedit et dimi
die tribui manasse. filiusque eius.
iuxta cognationes suas possessio
nem. cuius principium hic est ama

naim uniuersam basan et cuncta
regna og regis basan omnesque bi
cos aur qui sunt in basan oppida sera
ginta et dimidiam partem galaad
astaroth et adrai urbes regni og re
gis in basan filii machir filius ma
nasse et dimidie parti filiorum machir
iuxta cognationes suas. hanc
possessionem diuisit moyses in
campestribus moab transiorda
nem contra iericho ad orientalem
plagam. tribui autem leui non dedit
possessionem. quoniam dominus deus israel.
ipse est possessio eius ut locutus
est illi.

XV

Hoc est quod possederunt
filii israel in terra chanaan
quam dederunt eis elea
sar sacerdos et iosue filius nun
et principes familiarum per tribus israel
sorte omnia diuidentes sicut pre
ceperat dominus in manu moysi
nouem tribubus et dimidie tri
bui dederat moyses transiordanem
possessionem absque leuitis qui in
chil terre acceperunt inter fratres suos
successerunt locum filii ioseph. quos
in duas diuisit manasse et effraim
non acceperunt leuite aliam partem
in terra nisi urbes ad habitandum
et suburbana earum. ad alenda
iumenta et pecora sua. sicut pre
ceperat dominus moysi. ita fecerunt
filii israel et diuiserunt terram. Ac
cesserunt itaque filii iuda ad iosue
in galgalis. locutusque est ad eum
caleb filius iephone zenezeus.
Nosti quod locutus sit dominus
ad moysen hominem dei de me et
te in cades barne. xl. annorum